

This ebook is for the use of anyone anywhere in the United States and most other parts of the world at no cost and with almost no restrictions whatsoever. You may copy it, give it away or re-use it under the terms of the Project Gutenberg License included with this ebook or online at www.gutenberg.org. If you are not located in the United States, you'll have to check the laws of the country where you are located before using this eBook.

Title: Ars grammaticae Iaponicae linguae

Author: Diego Collado

Release date: February 8, 2006 [EBook #17713]

Language: Latin

Credits: Produced by Louise Hope, David Starner and the Online Distributed Proofreading Team at <http://www.pgdp.net>

*** START OF THE PROJECT GUTENBERG EBOOK ARS GRAMMATICAE IAPONICAE LINGVAE ***

Transcriber's Note:

This e-text contains some letters with unusual diacritics:

ã ë ĩ õ ù (tilde on any vowel)

ö ů (hacek / "caron")

ę ("e caudata" = æ)

œ (oe ligature)

If any of these characters do not display properly—in particular, if the diacritic does not appear directly above or below the letter—you may have an incompatible browser or unavailable fonts. First, make sure that the browser's "character set" or "file encoding" is set to Unicode (UTF-8). You may also need to change your browser's default font.

A number of typographical errors have been corrected. They have been marked in the text with [mouse-hover popups](#). Details are explained at the [end of the file](#) after the author's Errata.

In addition to the ordinary page numbers, the printed text labeled the recto (odd) pages of the first two leaves of each 8-page signature. These will appear in the right margin as A, A2...

A R S
GRAMMATICAE
I A P O N I C A E
L I N G V A E.
I N G R A T I A M E T A D I V T O R I V M
eorum, qui prædicandi Euangelij causa ad
Iaponiæ Regnum se voluerint conferre.

*Composita, & Sacræ de Propaganda Fide Congregationi
dicata à Fr. Didaco Collado Ordinis Prædicatorum
per aliquot annos in prædicto Regno
Fidei Catholicæ propagationis
Ministro.*



R O M Æ,
Typis & impensis Sac. Congr. de Propag. Fide.
M D C X X X I I.
SVPERIORVM PERMISSV.

*Imprimatur si placet Reuerendiss. P. M. S. Pal. Apost.
A. Episc. Vmbriaticen. Vicesg.*

Imprimatur

Fr. Nicolaus Riccardius S. Pal. Apost. Magister,
Ordinis Prædicatorum.

The book contains no Contents or Index. Instead, the full chapter titles are listed here.

[Prologus ad lectorem.](#)

[De nomine & eius declinatione, & genere.](#)

[De pronomine.](#)

[De pronomine secundæ personæ scilicet ego &c.](#)

[De pronomine secundæ personæ: scilicet Tu, tui, tibi, &c.](#)

[De pronomine tertię personæ, scilicet ille, illa, illud.](#)

[De pronomibus relatiuis.](#)

[De formatione verborum, & coniugationibus.](#)

[De Præterito imperfecto, perfecto, & plusquam perfecto.](#)

[De futuro primæ coniugationis.](#)

[Imperatiuum primæ coniugationis.](#)

[Optatiuum primæ coniugationis.](#)

[Subiunctiuum primæ coniugationis affirmatiuæ.](#)

[Infinitiuum.](#)

[Prima coniugatio negatiua.](#)

[Secunda coniugatio affirmatiua.](#)

[Secunda coniugatio negatiua.](#)

[Tertia coniugatio affirmatiua.](#)

[Tertia coniugatio negatiua.](#)

[Coniugatio verbi substantiui negatiui.](#)

[De Particulis conditionalibus.](#)

[De verbo potenciali.](#)

[Verba irregularia quo ad coniugationes.](#)

[De verbo adhuc, & de eius formatione & differentijs.](#)

[De aliquibus verbis quæ de se habent honorem determinatum.](#)

[Aduertentiæ circa coniugationes verborum.](#)

[De Adverbiis.](#)

[Caput primum.](#)

[De aduerbijs locorum.](#)

[Aduerbia ad causam interrogandum & responendum.](#)

[Aduerbia temporis.](#)

[Aduerbia negandi.](#)

[Aduerbia affirmandi.](#)

[Adverbia comparatiua.](#)

[Aduerbia superlatiua.](#)

[Aduerbia intensionis & exaggerationis.](#)

[Aduerbia congregandi.](#)

[Aduerbia concludendi, & aduertendi.](#)

[De Præpositionibus casuum.](#)

[De coniunctionibus & diuisionibus.](#)

[De interiectione.](#)

[De syntaxi, & casibus, quos regunt verba.](#)

[De Arithmetica Iaponiæ & materia numerorum, in quibus hoc opus hic labor.](#)

[Aliquæ regulæ coniugationum in scriptura librorum.](#)

[Errata.](#)

PROLOGVS AD LECTOREM.

Et aduertentiæ aliquæ pro Iaponicæ linguæ perfecta pronuntiatione.

Etsi quondam à principio plantationis Orthodoxæ fidei nostræ in Regno Iaponico, composita fuerit quædam ars grāmaticæ linguæ prædictæ a P. Ioanne Rodriguez Societatis Iesu; quia tamen raro res in sua prima conditione perfectæ lumen aspiciunt, & aliàs, ob temporum diuturnitatem, vix aliquam copiam prædictæ artis est iam inuenire: Visum est mihi, aliquale Deo, & ministris fidei propagationis (quæ sine linguæ instrumento non potest esse) obsequium præstiturum, si extractis ab arte prædicta necessarijs (sunt enim multa) & relictis, quæ peritis in prædicta lingua talia non probantur; additis etiam ijs, quæ experientia, & vsu, lectioneque continua librorum, Deo largiente (qui dat verbum Euangelizantibus) sum adeptus, in compendium alarè, & sub breuitate redigerem præcepta omnia quæ ad eruditè vtendum lingua Iaponica, prædicatoribus (pro quibus labor est assumptus) sunt necessaria. Quia verò simul cum præceptis, & regulis, expedit exempla, in quibus prædicta regulæ verificantur ponere; libuit etiam ad maiorem discipulorum consolationem & iuuamen non solum hoc; sed etiam exemplorum omnium declarationem in lingua Latina (quæ inter Theologos est cõmunior) adiungere, quo nihil a magistro restet amplius desiderandum. Et si verò ea omnia, quæ tam in hac arte; quàm in Dictionario (quod Deo dante, quanto citius in lucem edere gestio) continentur meo iudicio sint satis limata, & secuta, quibus fiducialiter quiuis vti potest; Examini tamen, & iudicio melius sentientium subiecta esse volo, vt fidei prædicatio ab eruditore lingua, fructuosior euadat.

Quando duæ vocales immediate coniunguntur in aliquo vocabulo linguæ Iaponicæ; non pronunciantur sicut in Latina valeo, aut in Hispanica vaca, sed vtraque integra per se profertur, v,a; v,o; v,i.

Litera, s, pronuntiat sicut, sç, v.g. susumùru, sçusçumùru.

Litera, j, pronuntiat blande, sicut in lingua Lusitanica joaõ, & judeo.

4 *Litera x, pronuntiat etiam blande sicut in lingua Lusitanica queixumes.*

Quando supra literam, o, fuerit hoc signum ^ pronuntiat, ô, ac si esset, ou, labijs quasi iunctis, & ore penè clauso: v.g. búppô.

Quando verò supra o, fuerit hoc signum, v, vel, ó, pronuntiat ore aperto, & ac si essent duæ literæ, oo, v.g. tènxó, vel gacuxõ.

Si vero prædicta signa, fuerint supra ú, pronuntiat ù, detentum, ac si essent duo, v.g. Tàifú, Aiaù.

Quando fuerit hoc signum ~ super aliquã literam ex vocalibus debet proferri sicut, n; sed non in integrum, sed cursim & leniter v.g. vãga.

Qe, & qi, scribuntur absque, u, quia quando, u, sequitur post, q, vel post, c, utraque integrè pronuntiat absque sinalepha v.g. quõdai, quàinìn:

Quando post, g, sequitur, u, & postea immediatè alia vocalis e, vel, i, pronuntiat sicut in lingua Hispanica, v.g. guenin; si vero litera, i, ponatur immediate post, g, absque, v, pronuntiat sicut Italicè, giorno, v.g. Xitãgi.

Litera, z, pronuntiat ea vi, qua in lingua Hispaniæ, Zumbar, v.g. mizu.

Si verò fuerint duo, zz, violentiùs feriuntur, v.g. mizzu.

Quando fuerint duo, tt, xx, zz, qq, cq, ij, pp; vtrumque oportet ferire vt fit perfecta pronuntiatio, & vis significationis percipiatur: nam v.g. mizu, significat mel; & mizzu, significat aquam: vnde si eadem, vel violentia, aut lenitate vtrumque pronunties vel aquam tantum, vel mel solùm tibi proferent.

Quando, ch, antepositur vocali, pronuntiat sicut Hispanice, chimenea: v.g. fochó.

Si vero, nh, antepositur vocali, pronuntiat sicut Hispanicè, maña, v.g. nhuva.

Litera, f, in aliquibus Iaponiæ prouincijs pronuntiat sicut in lingua Latina; in alijs autem ac si esset, h, non perfectum: sed quodam medium inter, f, & h, os & labia plicando, & claudendo, sed non integrum, quod vsu facilè compertum erit: v.g. fito.

5 *Quando, tç, in aliquo vocabulo fuerit (quod est valde frequens) orare debet discipulus Deum, vt ei venas pronuntiationis aperiat quia est difficilis, & in nulla lingua alia, est talem pronuntiationem inuenire: non enim pronuntiat vt tç, aut ut t, uel, c, solùm, sed uiolenter percutiendo lingua dentes, ita ut utraque litera, &, t, & ç, & plus, ç, quàm, t, ferri uideantur: u.g. tçùtçùmü.*

Litera, r, pronuntiat blandè & leniter ubicumque inueniatur, siue sit in principio, siue in medio uocabuli; u.g., ranguió, cutabirùru.

Ya, ye, yo, yu, pronuntiantur sicut in lingua Hispanica.

Quando à Iaponijs pronuntiantur uocabula finita in, i, uel v, uix percipitur litera finalis a tyronibus: u.g. qui audit, gozàru, putat se audiuisse, gozàr, & qui audiuit fitòtçü, credit se solum audiuisse, fitòtç, & cum audit, àxi no fàra, percipit solum, àx no fàra.

Quando uocabulo finito in uocali subsequitur incipiens in consonanti, præcipuè si sit, b, uel, s,

inter ipsam uocalem, & consonantem, pronunciatu litera n, sed non perfecta; sed lenis: u.g. sònò gotòqu.

Circa uocabulorum accentus magnam adhibui curam, ut illos signis suis proprijs locis supra literas in quibus accentus fieri debent, adaptatis, sensus & sententia loquentis percipiatur: u.g. qèi xèi, habet accentum in utroque, èè. fibicàxi, habet in prima, i, & in, a, & idem in dictionario seruabitur ordo, notando accentus ea perfectione, qua summa cum diligentia potui percipere, si in aliquo sum deceptus, paratus sum corrigi; ea uerò quæ diminute fuerint dicta, uel desuerint, tam in arte; quàm in dictionario; cum facile sit addere; à doctiore supplebuntur, qui tertiam artem, & secundum dictionarium aggredietur: ego enim ne à patre familias & Domino Deo nostro reprehenderer, talentum nolui habere repositum in sudario, sed duobus, alia saltem duo superlucrari, & cooperari salutem Iaponiorum; non solum prædicando, sed præhendo prædicatoribus, si possem instrumenta linguæ, & præcipuè modo ut possint illam extra Iaponiam addiscere: cum propter instantem persequutionem in Iaponia uix sit hoc possibile. Vale & uiue felix lector. Matriti die 30 Aug. Ann. 1631.

- 6 *In hac arte Grammaticæ seruauimus ordinem, quem peritus Antonius Nebrissensis, & alij seruarunt in suis linguæ Latinæ, per partes, uidelicet Orationis, nempe Nomen, Pronomen, &c.*

De nomine & eius declinatione, & genere.

In lingua Iaponica non sunt declinationes per casus sicut in Latina, sed sunt quædam particulæ, quæ postpositæ nominibus, casuum; differentias constituunt in omnibus nominibus, tam appellatiuis, quàm proprijs. Quæ constituunt nominatiuū, sunt quinque, va, ga, càra, no, iòri. Particula, va, postponitur quando quasi reduplicatiue, seu specificatiue volumus explicare rem vel personam significatam per tale nomen; siue sit primæ, siue secundæ, vel tertiæ personæ: v.g. Vatacùxi và mairànu, ego, vel, quod ad me attinet, non ibo. Particula, no, postponitur secundis & tertijs personis, & præcipuè si sint inferioris ordinis; & quando in oratione est aliquod relatiuum, quod non denotat actionem transitiuam: v.g. Sònàta no mòxita còto, id quod tu dixisti.

- Postponitur etiam particula, no: quando aliquid indefinitum dicitur: v.g. iè no àrucà miió, uide si sint domus. Particula, ga, postponitur regulariter primis & tertijs personis inferioribus, & etiam secundis quando sunt etiam infimæ vel humiliantur: v.g. Pedrõga qita, Petrus uenit. Solent etiã hanc particulam postponere quando aliquid indefinitè uolunt dicere, sicut dictum est de particula, no: v.g. còco ni và iègà naicà? non sunt hic domus? & si in oratione sit relatiuum non dicens actionem transitiuam, si referat rem inferioris & humilis ordinis, postponitur etiam particula, ga: v.g. sorègaxi ga càita fumi, Epistola, quam ego scripsi, sòchì ga iúta còto, quod tu dixisti. Particulæ, càra, & iòri, postponuntur & faciunt nominatiuum quando oratio dicit actionem transitiuam, & præcipuè si est oratio relatiui. v.g. Deus iòri cùdasàrèta gracia, gratia, quam Deus dedit. Tòno càra còre vo vòxe tçuqerarèta, Dominus hoc præcepit. Aliquando etiam nomina sunt in casu Nominatiui absque aliqua particula: v.g. Pedro Ioaõ vo iòbarèta, Petrus uocauit Ioannem. Genitiuo sunt duæ particulæ, uidelicet no, & ga. Particula, no, seruit omnibus personis superioris ordinis: v.g. Padre no vò qirumòno, Patris uestis seu habitus: ga, postponitur omnibus personis inferioris ordinis: v.g. Pedrõ ga fùmi, Epistola Petri. so chìga mòno, res tua, àrè ga càne, argentum illius, Tòno vàio cù ga fucài fito già, Dominus est magnæ cupiditatis, idest ualde cupidus. Aliquando etiam prædictis particulis genitiuum constituentibus postponitur particula, to, v.g. Pedro no to degozàru, est Petri. Sed non est modus loquendi perfectus, unde melius est illo non uti; ponitur tamen ut auditus intelligatur. Quando uerò coniunguntur duo nomina substantiua ad faciendum unum quasi connotatiuum, non est necessaria particula genitiui, u.g. còcuxu, dominus regni. Secundum regulam tamen ordinariam deberemus dicere còcu no xù, & hic modus faciendi connotatiua absque particula genitiui, est regularis in lingua Iaponica. u.g. Maria còto, res Mariæ.*

Datiuum constituunt duæ particulæ scilicet, ni & ie, u.g. Pedro ni mòxita, dixi Petro. Padre ie àgue maraxita, Patri dedi, uel obtuli.

Accusatiuum constituunt quinque particulæ, vo, vòba, va, ie, ga, Prima uidelicet, vo, est usitatio: u.g. Pedro uoiòbe, uoca Petrum, va, utuntur quando uolunt in particulari explicare rem significatam per nomen in accusatiuo, u.g. niffon guchi và Xiranu, linguam Iaponicam nescio. Particula, vòba, est idem quod, vo va, conuertendo secundam literam, u, in, b, ea uero utuntur sicut, va, u.g. fune vòba nòri sutète; cane bacàri tòri maràxità, relinquens nauigium: argentum seu pecunias tantum accepi; ie, utuntur ad significandum locum ad quem: u.g. Roma ie mairõ, ibo Romam, ga, postponitur nominibus significantibus res inanimatas, seu humiles: u.g., àre iè gozàre, mòno ga mòxitaì, accedas illuc, habeo enim tibi aliquid dicere, fit etiam accusatiuum absque aliqua particula ut in exemplo antepenultimo in quo secundum accusatiuum est sine particula.

- 8 *Vocatiuum constituit particula, icàni, sed non postposita nominibus sicut & reliquæ, sed anteposita: u.g. icàni qimi còre vò gorònjereari, uideas hoc domine. Regularius uerò fit uocatiuum absque aliqua particula: u.g. Padre sàma qicàxerareio, audias reuerende pater.*

Ablatiuo sunt tres particulæ, iori, càra, ni, tertia scilicet ni, facit locum in quo: v.g. iglesia nìgozaru, est in ecclesia: aliquando vtuntur, ni, anteposito, no, v.g. sònàtà nò ni Xiàru cà? facis hoc tuum? vel accipis tibi? sed hic magis uidetur datiuum, quam ablatiuum. Particulæ càra, &, iòri, sunt communiore ad ablatiuum constituendum: v.g. Madrid càra màitta, ex Matrito ueni, Pedro iòri coròsarèta, occisus fuit à Petro.

Ad constituenda pluralia sunt etiam quatuor particulae, quae postpositae immediate nominibus, illa pluralia constituunt, postea verò, sequuntur particulae positae casus constituentes. Prædictae autem quatuor particulae sunt, tachi, xu, dòmo, ra. Prima particula scilicet, tachi, facit pluralia nomina significantia res nobilis ordinis, & quas volumus honore afficere; v.g. Tòno tachi, domini. Particula, xu, constituit pluralia nomina significantia res nobiles quidem; sed non ita supremi ordinis: v.g. samurài xu, nobiles; qui non sunt domini. Particula, dòmo, postponitur nominibus significantibus res humiles, siue rationales siue viuentes sensibiles, siue inanimatas: v.g. fiàcuxò dòmo, agricolae, ixĩ dòmo, petræ, mmã dòmo, equi. Particula, ra, facit pluralia nomina significantia res vilissimas, vel quae despectui habentur: v.g. Iudeora, Iudæi. Pluralibus sic iam per istas particulas constitutis, postponuntur particulae casus constituentes secundum orationum exigentiam: v.g. tòno tachi no cõtò dòmo vo varú iúnà, ne maledicas res dominorum.

Aliqua etiam sunt vocabula, quae de se pluralitatem important: v.g. tò mò gàra, significat homines, Nàn bàn mòno, res Europeas, Nàn bàn mòno vo fomùru nà, ne laudes res Europæ:

Particula verò icàni, quae, vt supra dictum est, facit uocatiuũ non postponitur pronominiibus pluralibus iam factis; sed semper antepositur, particulae autem facientes plurale postponuntur: u.g. icàni Padre tachi vo qìqì nasarèio, audite reuerendi patres.

9 *Duae uerò particulae ex quatuor suprapositis, quae faciunt plurale, scilicet domo, & rà aliquoties sunt singulariũ uerbi gratia. vare rà, uel, midòmo, ego: aliquando etiam utraque simul inuenitur in singulari: u.g. midomo ra, ego, midomo rà ga meum vel mei: postponuntur etiam prædictae particulae, domo, vel, ra, singularibus, vel quando volumus humiliare res significantas aut de successu significati per orationem non sumus ita certi; sed quasi dubitamus: v.g. sarã dò mò ga itài, dolet mihi venter, àsũ dò mò v à rù mài, crastina die non erit, àsù rà v à narõ mòde, crastina die forsitan ita erit.*

B

Particula, va, postponitur nominibus tam singularibus; quàm pluralibus iam per particulas articulatis: v.g. còcoie va mairànu, huc non veniat, còco càra va dènu, hinc non exiuit, còco ni v à iru mài, huc non intrabit: aliquando etiam particula, va, supplet particulas articulares: v.g. funè-de sàie ióió tçùita ni, cachi va nàcanaca nàru mài, si nauigio vix perueni; pedibus, vel pedes, absque dubio non peruenissem. Hic particula, va, supplet particulam, càra.

In ista lingua Iaponica non sunt etiam genera, masculinum videlicet, femininum, & neutrum, sicut sunt in Latina; sunt tamen aliqua nomina, quae ex se sunt, vel masculina, vel feminina, quia ex sua significatione dicunt vel masculinum, vel feminam determinatè; sunt etiã aliqua nomina ex se còmunia duobus. Particula, vo, ante posita nominibus significat masculinum. Particula verò, me, ante posita significat feminam in rebus, quae non habent genera propria: v.g. vo ì vo, significat piscem masculinum, mè i vo significat piscem feminam: vojica, significat caprum siluestrem, mè lica, significat capream, còma, significat equum; zoiacu, equam; xò, significat accipitrem masculinum; dàì, feminam, cotòi, significat taurum, meuxi, vaccam. votòco, significat virum, vonãgo, vel nhóbó, vel, vònna, significat mulierem. In dictionario omnia expressè ponentur, quae ad memoriam venerint.

10 *In nominibus etiam adiectiuis, non sunt genera, aut declinationes; sed eadem particulae illa constituunt, quae substantiua. Sunt autem adiectiua multa, & diuersa. Aliqua enim finiuntur in, ai, alia in, oi, alia in, ei, alia in, vi, alia in, ij, alia verò, & quae proprius sunt adiectiua, fiunt postposita particula, no, substantiuis. Quando quinq; prima genera adiectiuorum ante ponuntur substantiuis, tunc videntur propriè adiectiua, & nihil mutant ad orationem componendam; quando verò postponuntur substantiuis, potius sunt verba, & verborum coniugationes sequuntur: v.g. tacài iàma, mons altus, xĩ guei ìdeiri, frequens introitus & exitus, caxicòì fito, homo prudens, càvauj mòno, res miserabilis, Aiaùi còto, res periculosa, Vmàre tçùqi nocùchi, lingua naturalis seu materna. Sunt etiam alia adiectiua finita in na, quae etiam ante posita substantiuis, nihil mutant: v.g. qìrèi na còto, res munda. Omnia verò adiectiua præter finita in, no, quando verbis præponuntur, mutant aliquid: finita in, ai, illud mutant in, ó, v.g. còno iàma v à tacõ gozàru, hic mons altus est, & excelsus: finita in, ei, illud mutant in, eò, v.g. còno iàma v à xĩgueò gozàru, hic mons est densus: finita in, oi, illud mutant in, ô, v.g. caxicò gozàru, est prudens: finita in, vi, illud mutant in, ú, v.g. xei no ficú gozàru, statura pusillus: finita in, ii, illud mutant in, iú, v.g. caiũ gozàru, est pruriens, uel prurit, inter ista uerò adiectiua finita in, ij, sunt multa quae ex uerbis procedunt: u.g. nozòmì, u, significat desiderare: ex illo uerò exit, nozòmàxij, quod significat idem quod desiderabilis, e; alia etiam procedunt ex nominibus: u.g. varàmbe, significat puerum seu infantem: ex quo procedit varàmberaxij, quod significat id quod puerilis, e; alia reperiuntur in dictionario.*

Adiectiua uerò finita in, na, quando anteponuntur uerbis, mutant, na, in, ni, u.g. fuxìn ni zònzuru, dubium reputo uel pro dubio habeo. Adiectiua uero finita in, no, conuertunt aliquando, no, in, na, u.g. bèchi no fito, conuertitur in, bechina fito, differens homo: & tunc si uerbum subsequatur, mutat, na, in, ni, u.g. bechinĩ gozàru, est differens. Sensus uero est idem siue finiatur in, no, siue in na, u.g. bechi no fito no cùhi càra qijta, est idem quod bechina fito nocùchi càra qijta, ex ore, uel ab ore distincti uel differentis hominis audiui. Et tantum est differentia; quod finitum in, no, nihil mutat, quid quid illi subsequatur; finitum uerò in, na, mutat, na, in, ni, ut dictum est, si uerbum subsequatur. Si ad alia uero adiectiua sequatur uerbum substantiuum, oratio est elegans: u.g. còno iàma v à tacõ gozàru, hic mons est altus; si uerò uerbum huiusmodi non sequatur, eundem facit sensum, quia adiectiuum includit in se uerbum substantiuum; sed illo non utemur coram superioribus, non enim illis audientibus, dicemus, còno iàmà v à tacài, sed dicemus, còno iamà v à tacõ gozàru. & sic in alijs adiectiuis.

11 *Adiectiua uerò finita in, i, aliquando; & si rarò, illud conuertunt in, xi, uel qu, u.g. ioi, quod significat, bonus, a, um: finitur in, iòqu, vel, ioxi, v.g. iòqu, dancó xitè, faciendo bonam*

B2

consultationem. Aliqua, & non pauca, sunt nomina substantiua, quibus, si postponatur, na, fiunt adiectiua: v.g. afó, significat inscitiam, ex quo deducitur, afóna, quod significat id quod fatuus, a, um. Iiú, significat libertatem: & Iiuna, significat id quod liber, a, um: quæ occurrerint alia in dictionario reperiuntur.

Aliqua sunt nomina abstracta substantiua quæ anteposita vocabulis quæ ex se significant homines, fiunt adiectiua: v.g. Iífi, significat misericordiam: si uerò illi Iin postponatur, resultat, Ii fi jin, quod significat idem, quod misericors, dis, fin, significat paupertatem, & postposito nin, fit, fin nin, quod significat pauperem: idem est si postponatur, ja, fit enim, finja, quod etiam pauperem significat, bàn, significat vigiliam; & si postponatur, xu, fit, banxu, quod significat idem quod uigilans, tis: multa inueniuntur in dictionario.

Aliquando duo nomina substantiua, ex ijs, quæ remanserunt in lingua Iaponica ex Chinensi (& hæc, cobita, vel, coie, vocant) simul posita, faciunt adiectiuum, quod ex duobus substantiuis conflatur, seu resultat: v.g. ten, significat cælum: & xu, significat dominum: tèn xu verò, significat dominum cælestem, seu cælorum dominum.

Præterita etiam verborum (de quibus suo loco) adiuncta substantiuis, vim & sensum videntur habere adiectiuorum: v.g. iōgorèta tè, manus sordida, iōgorèta, est præteritum verbi iōgore vru, quod significat idem quod sordesco, is, càita qió, liber scriptus, càita, est præteritum verbi càqi, u, quod significat idem quod scribo, is. Abstracta, seu radices ex quibus verba componuntur, sunt nomina quasi verbalia significantia actionem in abstracto: v.g. facàri, significat mensuram: ex quo resultat verbum, facàri, u, pro eo quo est metior, ris, fajime, significat principium, fajime, uru, est verbum, & significat id quod incipio, is: & sic in alijs de quibus in dictionario. Anteposita particula, mòno, prædictis abstractis seu nominibus verbalibus fiunt nomina significantia eum qui actionem verbi facit: v.g. ex, càqi, præposito, monoi, fit mòno càqi, quod significat idem quod scribens, tis: postposita vero eadem particula, mòno, eisdem radicibus, fiunt nomina significantia effectum actionis: v.g. càqimono, significat scripturam.

12 *Postposita verò particula, gòto, eisdem radicibus verbalibus fiunt nomina significantia res dignas actionibus quæ per verba, quorum sunt radices, significantur: v.g. mì, est radix, ex qua prodit verbum, mì, iru, pro eo quod video, es & mīgoto, est res visibilis, seu digna visu, qiqi, est radix verbi, qiqi, u, pro eo quod video, es: & qiqi gòto, significat rem audibilem, seu dignam auditu.*

Postpositis aliquibus nominibus substantiuis nominibus verbalibus prædictis fit nomen iam inconcreto significans talem actionem: v.g. foxi, est radix verbi, fòxi, u, pro eo quod sole vel ad solem siccare: postposito verò, ivo, v.g. quod significat piscem: fiet, foxi vo, quo significabit, pisces ad solem vel vi solis siccos &c.

Postposita verò particula, dōgu, quæ instrumentũ significat radicibus verborum, fiunt nomina significantia materiam seu instrumentum actionis per verbum significatæ: v.g. varài dōgu, materia seu instrumentum visus, càqi dōgu, instrumentum scribendi vel ad scribendum.

Postposita autem particula, me, radicibus verbalibus fiunt nomina significantia terminum actionis: v.g. a vaxe, est radix verbi, a vaxe, uru, pro eo quod est aliqua iungere aut copulare, a vaxe me vero significat iuncturam: & sic in alijs.

Ex adiectiuis suprapositis finitis in i, fiunt nomina abstracta mutato, i, in, sa, v.g. nãgài, significat id quod longus, a, um: & nãgàsa, significabit longitudinẽ. Adiectiua finita in, na, mutant etiam, na, in, sa, ad abstracta nomina facienda: v.g. ex àqiracàna, quod significat id quod clarus, a, um: fiet, àqiracàsa, quod significabit claritatem.

Aliquando ex duobus substantiuis simul sumptis, & præcipuè si aliquod illorum aliquam literam in principio feu in fine in aliã mutet, resultat tertium nomen quasi connotatiuum, & quasi adiectiuum seu genitiuũ includens: v.g. ex, qi, quod significat, lignum, & fotoqe, quod significat idolum: fit, qĩ botòqe mutato, f, in, p, quod significat idolum ligneum. Si verò nomina quæ præponuntur, finiuntur in, e, ipsum mutant in a, ad prædictam compositionem nominis connotatiui: v.g. tçumà sàqi, extremitates unguium, càna cūgui, clauus ferreus. Si uerò nomina, quæ postponuntur ad eandem formationem, primam literam debeant mutare, si sit, f, mutabunt in, b, uel, p, si, s, mutabunt in, z, si c, mutabunt in, g, si, tç, mutabunt in, zz, si, x, mutabunt in, j, u.g. càri bunè, bùppò, nĩgori zàqe sorá goto, qizzumári, sòra jèi mòn. Vide in dictionario.

13

B3

De pronomine.

Non sunt in lingua Iaponica pronomina deriuatiua u.g. meus, a, um. &c. sed utuntur primitiuis, scilicet mei, tui, &c. Hæc autem primitiua non habent declinationes per casus; sed hæc differentię casuum fiunt per particulas supra positas quæ omnibus sunt communes, tam nominibus; quàm pronominibus.

Particulæ aliquæ (de quibus infra) quæ adiunctæ uocabulis honorem indicant, faciunt pronomem, uel illius uim habent secundum occasionem & circumstantias in quibus illis utuntur: si enim ego dicam, von fumi; loquendo cum alio: ipso facto intelligitur me de eius epistola: & non de mea loqui: si enim de mea loquerer; non dicerem, von fumi, sed, fumi tantum: unde, von fumi, ratione particulæ, von, quæ est honoris, significat uestram epistolam. Et idem est de particula, mi, & alijs quæ honorem indicant in significatis nominum quibus adijciuntur.

De pronomine secundæ personæ scilicet ego &c.

Octo sunt particulæ significantes idem quod Ego, mei, mihi, &c. vátacuxi, sòrêgaxi, váre, mi, várerá, midòmo, midòmo rá, váre. Quatuor primæ denotant aliquam superioritatem in eo qui illis utitur, reliquæ uero sunt humiliores. Mulieres utuntur tribus alijs particulis aliquando quæ sunt, mîzzu cára, vârauá vâgami, & his non utuntur uiri: rustici solent uti duabus uidelicet, vára vòrará, religiosus uero quando de se loquitur solet dicere, gusò, ac si diceret: ego uilis religiosus; senex uerò de se loquês: dicit, gurò, ego uilis & despectibilis senex. Rex uerò, dicit, chin, uel, máru, quod significat: ego Rex.

14 *Ad facienda autem pluralia ista pronomina, postponuntur illis particulæ supra positæ constituentes pluralia, scilicet, dòmo, ra, v.g. midòmò ga máitta tòqi, quando nos iuimus: ad casuum verò differentiã postponuntur illis iam formatis pluralibus, particulæ constituentes casus vt supra.*

De pronomine secundæ personæ: scilicet Tu, tui, tibi, &c.

Multæ sunt particulæ, quæ constituunt pronomem secundæ personæ secundum differentiam personarum, quæ vel nullum vel aliqualem, aut mediocrem, magnum, aut maximum merentur honorem & reuerentiam: ad loquendum enim cum inferiori, sunt tres particulæ quæ faciunt pronomem tu: scilicet, váre, vonðre, sòchi, si autem illis superaddatur, me, vel, mēgá, & dicatur, váremè, vel, váremēgá, personam cum qua, loquimur ampliùs deijcimus. Si autem loquamur cum æqualibus vel aliquantulum inferioribus, vtemur vna ex tribus particulis videlicet, sònata, sònò fò, váre sama. Si verò sit persona superior vel omnino æqualis cum qua vrbane debemus loqui vtemur vna ex septem particulis scilicet, cònatá, qixò, qifó, gòfen, qiden, cònatá sama, sònata sáma. Si autem loquamur cum personis in dignitatibus constitutis, nomen dignitatis, si illi super addatur particula, sama, supplet vicem pronominis: v.g. Padre samã gozare, veniat vestra paternitas. Aliquando etiam particulæ quæ nomina honorant, suppleunt vicem pronominis: v.g. vòn qirumòno, vestræ dominationis vestis.

Cònata, còchi, cònofo, significant idem quod ego, mei, &c. sed in modo loquendi quasi distributiuo: ex parte mea, vel quantum ad me attinet, quibus correspondent, sòchi, sonofó, sònata quæ significant, tu &c. & ex parte tua, seu, quod ad te pertinet.

15 *Pluralia istorum pronominum fiunt per particulas supra positas secundum honoris differentiam, vònórê domo, váre ra, sóchi ra, significant vos loquendo cum vilibus, vare tachi, sonata domo, significat vos cum æqualibus, qifótachi, vócatãgata, vóno vóno, significat vos cum honore: declinationes verò horum fiunt etiam per particulas communes declinationum.*

De pronomine tertię personæ, scilicet ille, illa, illud.

Duæ particulæ scilicet, cáre cáre, are are, significant ille, illa, illud, loquendo de rebus inferioribus: quatuor uerò uidelicet, áitçu, áitçumè, áremè, cáitçume, significant ille, illa, illud, humiliando & despiciendo res de quibus loquimur, & quæ præcipuæ finiuntur in, me, sunt deiectiuæ, maxime si illis superaddatur, ga, u.g. áitçuga, áitçumégá, ille uilis: cóno, significat hic, hæc, hoc, sóno significat, iste, ista, istud, áno, significat ille, illa, illud; sed necessario requirunt post se substantiuum ut illis utamur: u.g. cóno fito, iste homo: idem significat, cóno mono, sed non est uerbum honorificum, sóno cóto, ista res, ano fito, ille homo, cónatá, uel cónofó, significant hic, sònata, vel, sono fò, isthic, ánatá, uel, ánofó, illic. córe, significat hoc, sóre, significat istud, áre significat illud, sed neutraliter, ita quod substantiuus, seu suppositis non iunguntur: horum pluralia sunt, córerá, sorerá, arerá, cæterorum uerò pluralia sunt per regulas communes cáno, significat rem de qua facta fuit mentio: u.g. cano fito, ille homo &c. Pronomen quidam, facit particula, àru, u.g. aru fito, quidam homo, áru tocóro ni, in quodam loco.

Pronomen unusquisque faciunt particulæ, mèn mèn, sóre sóre.

Pronomen uniuersi & singuli &c. facit particula, tare mo mina.

Pronomen quicumque &c faciunt particulæ, Tare nite mō, tare nitemoare, tare nari tómó.

Ante posita particula, tare mo, negatiuis facit pronomem nemo uel nullus: u.g. tare mó mairananda, nemo iuit. Particula nani taru cóto nari tómo, significat: quidquid sit, vel quæcumque res sit. Particula, mèi mèi, significat: singuli, uel unusquisque in particulari.

16 *Particula, góto, facit pronomem seu signum distributiuum omnis, e. Si postponatur substantiuus ex proprijs uocabulis linguæ Iaponicæ quæ uocantur, iomis: idem etiam facit particula, mai, anteposita substantiuus linguæ Chinæ, quæ uocantur, coies, u.g. fi, significat diem: & figótoni, significat quotidie, seu omnibus diebus, nen, in lingua Iaponica mendicata à Chinensi, significat annum: & mainen, significabit singulis annis uel omnibus annis; idem ferè facit reduplicatio aliquorum nominum, uel saltim facit illa pluralia: u.g. fito, significat hominem: & fitòbito, significabit omnes homines, uel multos homines, fi, significat diem: & fìbi ni, significabit, omnibus, uel multis diebus.*

Pronomen diuisiuum, aliqui &c. facit particula, niiótte, u.g. tóqi niiotte, aliquibus temporibus, fito niiotte, aliqui homines.

Pronomen, idem &c. facit particula, vonaji, u.g. vonaji tocóro cara, ex eodem loco. Particula uerò, dòjen, significat idem, sed neutraliter: v.g., dòjen degozàru, idem est: & hoc uerbo respondent quando gratulantur; absque eo quod rem accipiant: ac si dicant, gratulor ac si accepissem: uel idem est, ac si accepissem.

Pronomen ipse &c. faciunt particulæ, nuxi, sôno mi, vâga, particulæ uero, vareto mi, faciunt pronomen ipsemet &c. u.g. vareto mi ni ata vo nasu, ipsemet sibimet damnun infert, mi vo vasurète; ta vo tasùquru, sui met oblitus, alios saluos facit. Particula, vatacùxi, significat rem propriam in particulari: u.g. vatacuxi no còto, res propria, vatacùxi ni iuarèta, pro se loquutus est.

Pronomen aliquis &c. faciunt particulæ, Tare zo, taso, u.g. tare zo maittaraba, si aliquis iuisset, taso sacanâga aruca tòi ni iqe, eat aliquis interrogatum si sit aliquid cibi.

Aliquid neutraliter faciunt particulæ, nan zo, nanica, u.g. nanzôga arâba cùuôzu, comedam aliquid si sit, ima faia tẽ ga jiiú nĩ gozaru fõdoni nanica caqi maraxô, scribam aliquid, si quidem habeo manus iam solutas seu liberatas.

17 *Quis? fit tribus particulis scilicet, Tare, Tâga Taso, particulæ tâga, uel, tare nõ, utuntur etiam pro genituo cuius: u.g. Tâga móno ca? cuius est res? Et quando aliquis ad ostium uocat, & pulsat dicit: móno mó, qui intus respondent, taso, uel, tagá, uel, tare, quis es? Particula nani, significat quid &c. u.g. nani vo sùru cá, uel, nanĩgoto vosùru ca? quid facis? nani ni sòre vo tòtte iquca? ad quid hoc portas tecum?*

C

De pronomibus relatiuis.

Pronomen relatiuum fit postponẽdo verbo nomen de quo fit relatio: v.g. tèn ni màximàsu vârerâga vòn vòia, Pater noster qui est in cælis, dèta tocòro va, locus ex quo exiuit, tènì sùmi no tçuita fito, homo cuius manui adhæsìt atramentum. Si oratio petit nominatiuum ante verbum, tale nominatiuum debet esse cum aliqua ex particulis nominatiui, ga, no, uel, iòri, v.g. vatacùxiga càita fùmi, epistola, quam ego scripsi, cònatà no vòxerarèta coto, res quam uestra dominatio dixit. Tertia verò particula scilicet, iori, vtimur quando est actio in oratione, v.g. Deus iòri atàie cudasarèta gracia, gratia, quam Deus contulit seu donauit, àno tocòro ni amàta no qiò àtta vò torarèta, tulit multos libros, qui erant in illo loco. Si concurrant verò duæ orationes relatiuum continentes, prima erit secundum positam regulam; secunda verò per participium præsens, præteritum, seu futurum, secũdum quod sensus orationis postulauerit: v.g. qèsa Oracio vo móxita qióga tçucuie no vie ni àru vo mòtte coi, affer librum illum qui est supra sedile, in quo isto mane recitauit vel dixi officium diuinum. In ista oratione qióga, quod est vnum relatiuum, est post verbum, móxita, & vo, quod agit vices secundi relatiui, est post verbum, àru. Quando verò volumus ampliùs specificare rem quæ refertur, ponimus inter rem ipsam & verbum, particulam tocòro no, v.g. vareto dôxin xita tocòro no mòno dõmo va mina buguèn ni nàtta, omnes quotquot mecum consenserunt, diuites facti sunt. Aliquando oratio relatiui propter suam difficultatem explicatur per exponentes: v.g. loco huius, ima còrosarèta Pedro nõ cò và sonàta nó chijn gia, quæ significat, filius Petri, qui modo fuit occisus, est tuus amicus: dicimus, ima Pedro corosarèta sonó co va sonàta no chijn de gozàru.

18 *Aliquando solent simul poni duæ particulæ ex casus consuetudinibus, & faciunt quasi relatiuum cui anteponuntur: v.g. sòno tocòró deno dancó, istius locis consultatio. Marsella ieno fùne, nauigium quod tendit Marsiliam: màire to no móxi gòtó dearu est dicere, quòd eam.*

Màiru mai to no dancó ni qivamatta, habita est resolutio quod non pergat, màitte nõchi no dancó, consultatio postea quam perrexit facta, varambe càra no catâgui, est consuetudo ab infantia, xò tameno chògui gia, est ars ad illud faciendum: àno fito no vo toró, accipiam id, quod est illius hominis: nota hæc de relatiuo valde.

De formatione verborum, & coniugationibus.

Verba in lingua Iaponica neque habent numeros, neque personas; faciunt tamen has differentias particulæ suprapositæ ad pluralia & declinationes. Coniugationes sunt tres affirmatiuæ, & totidem negatiuæ.

Radices verborum, de se non dicunt tempus: vnde vt illud dicant debent formari verba & coniugari.

Omnes radices verborum secundæ coniugationis finiuntur in e, gi, vel, ji, præter xi, & maraxi, quæ etsi finiatur in, i, sunt tamen primæ coniugationis. Si verò radices finiuntur in, de, vel, gi, fit verbum præsens temporis conuertendo prædictas in, zzuru, v.g. fâgi, facit præsens, fâzzuru, & significat erubesco: de zzuru, quod significat exeo, is: si radices finiuntur in, je, vel, ji, mutantur ad præsens in, zuru, v.g. màje: màzuru, idem quod misceo, es, anji anzuru, quod est considero, as, si finiuntur in, xe, illud mutant in, suru, v.g. a vaxe: auasùru, idem quod coniungo, is: xi, verò, & maraxi, quæ (vt dictum est) sunt secundæ coniugationis, etiam mutant, xi, in suru, v.g. xi sùru, idem quod facio, is, maraxi marasuru, etiam est, facio facis. Si radices finiuntur in, te, conuertunt illud in tçuru, v.g. sodàte; sodàtçuru, idem quod alo, is, vel sustento, as: reliqua quæ tantum finiuntur in, e, alio modo; illud ad præsens conuertunt in, uru, v.g. àgue: àgùru, offero, rs, nĩgue, nĩgùru, fugio, is.

19 *Aliqua sunt præterita verborum, quæ faciunt sensum præsens, & sunt illa quorum fieri consistit in facto esse: v.g. cocòroieta intelligo, is, qicoieta, audio, is, voboieta, recordor, aris, qi qi ieta, intelligo, is, zonjita, scio, is, & alia præter ista forsitan erunt: verba quæ sequuntur sunt primæ cõiugationis etiam si eorum radices non finiantur modo antea dicto. Si præsens alicuius ex illis non fuerit mutato, i, in uru, explicabitur in particulari, àbi, uru, aquæ balneo se, abluo, is, fotòbi, uru, mollificor, aris: focoròbi, uru, dissuor, eris: càbi, fucore afficio, eris, sàbi, rubiginor, aris, deqi, finior, ris, vel perficio, ris: cùchi, cutçuru, putresco, is: mìchi, mitçuru, mare adimpleor, ris,*

C2

ini, uru, *abeo*, is: nòbi, nobiru, *vel* noburu, *dilator*, aris, tçuqi, uru, *consumor*, eris, vòri, uru, *ab alto descendo*, is: xij, xijru, *ad prandium vel cibum compellendo*, *inuito*, as, nì niru, *assimilor*, aris: mochij: mochi iùru, *æstimo*, as:ni, niru, *ad ignem coquo*, is: mi, miru, *aspicio*, is: còri, uru, *corrigor*, eris, vochi vòtçuru, *cado*, is: i, iru *sum*, es, fui: *vel adsum*, es, fũgui, uru, *transeo*, is, *sicut tempus transit*: vabi, uru, *misericiam peto*, is, carabi, uru, *siccor*, aris, iqi iqùru, *viuo*, is, fi firu, *aresco*, is, qi qùra, *venio*, is, qi qùru, *vestio*, is, vòqi uru, *è lecto surgo*: *quatuor verò verba quæ sequuntur habent præter præsentia ordinaria, alia etiam extraordinaria*, atàie, *habet atòru*, *pro dono*, as: vàqimaie, vaqimòru, *discerno*, is, tonàie tonóru, *benedico*, is, sonaie sonóru *in loco sublimi colloco*, as.

De Præterito imperfecto, perfecto, & plusquam perfecto.

20 *Non est in lingua ista Iaponica præteritum imperfectum: Vnde loco illius vtuntur perfecto, quod fit duobus modis: primũ est addendo, ta, radicibus verborum: v.g. ãguèta, est præteritum verbi, ãgue, uru, quod est offero, rs; secundo modo fit præteritum perfectum postponendo, te, radicibus, & addendo postea verbum, gozari, u, vel ari, u, in præsentii vel in præterito de quo in secunda coniugatione, v.g. ãguete gozàru, vel aguètè gozàtta, vel ãguete aru, vel ãguete atta, obtuli, uel obtuleram, as, &c. si autem ad prædicta anteponatur particula fàia, explicatur magis: u.g. faia ãguètè gozàtta, iam obtulerã, quando postponitur uerbum, ari, u, ad præteritum, non est modus loquendi ita nobilis sicut quando postponitur, gozari, u, unde ad hoc debemus aduertere quando loquimur, ut notemus de quo loquimur, & coram quibus, ut cui honorem, honorem debitum in modo loquendi tribuamus.*

De futuro primæ coniugationis.

Si radix uerborum finitur in, te, fit futurum conuertendo istam syllabam in teô, uel chò: u.g. tàte, uru, eius futurum est tàteô, uel tàchò, erigam. Si radix finitur in, ji, fit futurum mutato in jò: u.g. xenji, xenjò, medicinas condiam uel coquam. Si radix finiatur in, xe, mutatur in xò, u.g. xi, xò: maraxi, maraxò, faciam. Si finiatur in, ie, mutatur in, io ut, voxiiè, vòxiio, docebo. Reliquis uerò radicibus quæ finiuntur in e, postponuntur ad futurum faciendum, ô ôzu, uel ôzuru u.g. ãgueô, uel, ãgueôzu, uel ãgueôzurù, offeram. Hæ etiam particulæ postponuntur ad facienda futura uerborum de quibus supra diximus esse secundæ coniugationis, etiam si eorum radices finiantur in, i, u.g. dequiòzu, finietur.

Fit etiam futurum, tollendo à præsentii negatiuo (de quo infra) syllaba nu, in qua finitur, & loco eius ponendo particulam bàia, u.g. tollendo, nu, ab ãguènu, & loco eius addendo, baià, fit, ãguèbaià, offeram, mĩnu, si auferas, nu, & loco eius ponas, baia, fiet, mĩbaia, uidebo uel aspiciam.

Futurum perfectum fit postpositis particulis, tearózu, uel tarózu, eisdem: u.g. ãguète arózu, uel, ãguetarózu, iam obtulero. Etiam fit anteposito fàia, futuro ordinario: u.g. fàia ãgueôzu.

21

Imperatiuum primæ coniugationis.

Imperatiuum primæ coniugationis est ipsa sola radix verbi, vel postposita particula io, v.g. ãgue, uel ãgueio, offer: futurum autem imperatiui est futurum absolutum, ãgueô, uel ãgueôzu, & est honoratior modus loquendi & vrbanior ad imperandum in omni coniugatione, quàm per imperatiuum absolutum. Fit etiam imperatiuum, si auferas, nu, à præsentii negatiuo (de quo postea) & loco eius ponas sai, v.g. si ab ãgue nu, tollas nu, & addas, sai, fit ãgue sai, quod est, offer: non tamen dicit tantum imperium sicut absolutum. Postposita etiam particula, tai, radicibus, fit quodã genus futuri seu optatiui quo desiderium loquentis explicatur, & est imperatiuum; vrbanum tamen, mizzu fitòtçu nomi tai, vellem parum aquæ bibere: est idem quod da mihi bibere. Quando uerò fit relatio alicuius præcepti, legis, consilij, ordinis, aut prohibitionis, in omni verbo cuiuscumque coniugationis siue affirmatiuæ, siue negatiuæ: tale præceptum ponitur ad literam: v.g. christiani naru nà to no xògun no fattòga àru, est lex Imperatoris, quòd non fiat quis Christianus, Padre core vo còxiraièio to voxerarèta niiòtte, quia pater præcipit mihi vt hoc comperem.

Optatiuum primæ coniugationis.

22 *Præsens & futurum optatiui est præsens imperatiui, antepositis particulis, nẽgauacu uà, vel, auare & postposita, gàna, vel caxĩ, fit etiam postposita particula, gàna, absque aliqua anteposita: v.g. nẽgavàcu va ãgueio caxi? uel auare agueigàna, si offeres? auare icanaru tengu, banguè mòno nari tomò, vare vo tòtte, fiie no iama ni noboxèio caxi! o si esset aliquis vel diabolus vel aruspex qui me ascendere faceret ad montem qui vocatur, fiie! postposita particula gana, nominibus, significatur desiderium rei significatæ per nomen: v.g. saqè gana, ò vinum! ac si diceret: quis illud haberet ad bibendum! nanĩ gana! si aliquid haberem!*

Præteritum optatiui est secunda vox futuri postposita particula mono vo! v.g. nĩgueo zu mono vo! o si fugissem! idem fit hoc modo nĩguèta raba iocaró mòno vo, aliquando solum dicunt, nĩguè taróni va! etiam dicunt, nĩguete aró ni ua iocarómòno vo!

Subiunctivum primæ coniugationis affirmatiuæ.

Præsens subiunctivi fit ex præsentis indicatiui mutato, u, in quo finitur in ēba, v.g. ex, āguru, fit āgurēba cum offerem: fit etiam ex præsentis addita particula, tocoro, super addita ni, de, uo, vel, ua, secundum exigentiam declinationis verbi quod sequitur; primum enim subit munus nominis: v.g. arutoqi Pedro chinsui xitè iraruru tocoro ie fitō gaqite, cum venisset quidā homo ad locum vbi erat Petrus quando erat ebrius nhōbō ni tachi vacarēte iru tocōro ni, cum essent divisi, & diuortium fecissent coniugati, có aru tòcorō de, cum hæc ita sint, iòto ie zzuru tocōrouā fito ni corosarēta, occisus est a quodam homine cum exiret foras, go misa vo asobasarūru tocō ro vo uchi coroita, occidit illū cum actualiter missam celebraret, & est regula generalis in omni coniugatione.

Præteritum perfectum & plusquam perfectum subiunctivi fit ex præterito perfecto indicatiui postposita particula, rēba, v.g. āguēta rēba, cum obtulisset: fit etiam ablato verbo gozaru, à præterito plusquam perfecto; & posito loco eius, attarēba, vel atta, quando vero ponitur, atta, debet superaddi vel, ni, aut, uo, ua, vel, ie, secundum quòd petit subsequens verbum; ad modum supra positum de præsentis subiunctivi cum particula, tocōro, v.g. āguēte atta rēba, vel āguete atta, ni, uo, ua, vel, ie, cum iam obtulisset.

Futurum subiunctivi fit addendo futuro indicatiui particulā, tòqi, v.g. āgueò tòqi, cum postea offerat.

23 *Præteritum plusquam perfectum subiunctivi, vel quomodocumque illud voces, denique ad significandum hoc quod est, postquam fecissem actionem verbi, fit postpositis particulis, cara, nòchi, vel ìgo: præterito plusquam perfecto; ablato tamen verbo, gozaru, v.g. āguēte cara, nohi, vel, igo, mairó, postquam obtulerit proficiscar: idem quasi est, āguētarō toqi mairó, proficiscar quando iam obtulerit, āgueōzurū ni, vel, āgueozuru tocoroni, significat, cum iam esset paratus ad offerendum: vel vt offerret, āgueōzuru còto no saqini, significat paululum antequam offeret.*

Præsens permissivum subiunctivi fit duobus modis: primus est conuertendo, v, in quo finitur præsens indicatiui, in, ēdomo, v.g. āgurēdōmò etiam si offerat.

Præteritum verò permissivi fit postposito, redomo, præterito indicatiui: v.g. āguētarēdomo, quamuis obtulisset: futurum autem permissivum est addendo, redomo secundæ voci futuri indicatiui: v.g. āgueōzurēdomo, quamuis offerat. Secundus modus subiunctivi permissivi est efficacior & fit præsens postposita particula, tomo, præsentis Indicatiui: v.g. āguru tomò, quāuis offerat: solent etiam præsentis postponi particulæ, mamaìò, vel, madeìò, v.g. soreuo voxiiūru mamaio, vel, sòre vo voxiiūru mādēio, etiam si hoc doceat.

Præteritum autem huius secundi permissivi fit postposito, rìtomò, præterito indicatiui: v.g. āguēta ritomò, quamuis obtulerit: fit etiam hoc præteritum postposito, mamaìò vel madeìò, præterito indicatiui: u.g. āgueta mamaio, uel, āgueta madeìò idem fit postposito, tòte, præterito subiunctivi: u.g. āguetarēba tòte.

24 *Futurum permissivum fit postposito, tomo, secundæ uoci futuri indicatiui: u.g. āgucozutomo, fit etiam postpositis, mamaio, uel madeìò eidem futuro: si uerò prædicto permissiuo in omnibus temporibus anteponatur, tatòi, additur magna uis orationi: u.g. tatoì vòxerarūru tomo, quamuis hoc præcipias: eundem sensum facit præteritum plusquam perfectum Indicatiui ablato uerbo, gozaru, & aru, & constituendo loco eius particulam, mo, u.g. āguete mo, quamuis offerat: eadem particula, mo, postposita præsentis indicatiui facit eundem sensum: u.g. dòcò de qiqi marasūru mo, sòno sata va mōsanu, quamuis audiatur de hoc ubicumque; nihil tale auditur: eundem sensum solent facere modi loquendi, qui sequuntur, āguemo xèio caxi? āguetemo xò madeìò. nanto mo āgue caxi? quod fere significat, quamuis offerat: eundem etiam sensum faciunt prædicta, āguruni saxerareì āgu etani saxerareì, uel āgueò ni saxerareì, etiam si offerat, obtulerit, uel etiam si offeret: ac si dicat: ponamus, uel demus quòd ita sit.*

Infinitivum.

Præsens infinitivi fit ex præsentis indicatiui, postposito còto, uel, to, u.g. āguru còto, uel āguruto, offerre.

Præteritum infinitivi fit postpositis eisdem particulis præterito indicatiui, u.g. āgueta còto, uel, āguetato, obtulisse. Futurum infinitivi fit eisdem postpositis futuro indicatiui: u.g. āgueeò còto, uel āgueòto, oblaturum. Eundem sensum faciunt præsens, præteritum, & futurum indicatiui postposita illis particula, ióni, u.g. nai nai guioi ni caqerareò ióni va vare mo zonzuru fitō bito mo zonzita, sæpe credidi & alij etiam putarunt me à te beneficijs esse afficiendum, qeccu vare ni voxie marasūru ióni gozaru, potius ille potest me docere, āgueta ióni gozaru, dicitur illum obtulisse.

Ad interrogandum & responendum utuntur sæpissime infinitiuo quod est suppositum uerbi quod sequitur: u.g. nhōbōgata ni vòchita cotó gaata ca? incidisti ne in peccatum luxuriæ cum muliere? fuit ne hoc quod est incidisse &c. & hoc modo loquendi utuntur in omni tempore infinitivi.

Aliquando supplet infinitivum præteritum plusquam perfectū ablato uerbo, gozaru, & aru: u.g. Deus no minòri vo firomète iòcaró, bonum est legem Dei propagari: aliquando supplet præsens & præteritum infinitui, præsens & præteritum indicatiui postposita, ga, u.g. sore vo vòxeraruru ga varú gozaró, malum erit hoc dicere, maittāgamaxi gia, uenisse est melius, aut esset melius.

Quando uerò infinitiuo sequitur uerbum substantivum, non indiget particula, còto, u.g.

còsacazzuqī dè vā sāqe vo nòmu deuanai, *bibere uinum calice paruo non est bibere*, còre còso caqu degozare, *hoc possumus dicere esse uerè scribere*, caqu de gozatte còso, *hoc nullo modo est scribere*, sòre ua āgùru deuanai, *istud non est offerre: aliqua ex exemplis positis sunt ex uerbis aliarum coniugationum; sed regula est generalis in omnibus: facit etiam sensum quasi infinitiui modus hic loquendi*, āgue va, āgurè domò, *quamuis offeram vel etsi faciam hoc, quod est offerre: est etiam regula generalis in omnibus coniugationibus: unde dicunt, qīqī va tçucamatçure dòmò gàtten xenu, quamuis audiam uel faciam hoc quod est audire; non intelligo: dicitur etiam, āgùru vomotte, offerendo, uel cum hoc quod est offerre, āgùru iori, ex hoc quod est offerre, āguru nitçuite, circa hoc quod est offerre.*

Gerundium in, Di, es præsens uel futurum indicatiui, & præcipue si adiungatur, jibùn, aut aliqua particula significans tempus: u.g. āguru jibùn, tempus offerendi, āgueò ni qiuaamàtta, accepit resolutionem offerendi, nīguru jibun gia, tempus est fugiendi, coròsa rēòzùru ni aisadamàtte arozu, erit resolutus occisu, aut quod erit occidendus.

Gerundiū in, Do, fit duobus modis: primus, postponendo, præsenti indicatiui particulas, ni, uel, tòte, u.g. āguru ni, uel, āgurutote iurusareta, offerendo fui solutus: secundus est auferendo uerbum, gozàru, præterito plusquam perfecto: u.g. āguète cutabireta, offerendo, uel erigendo sum defessus: idest ex erectione uel actione offerendi, resultauit esse defessus: est etiam alius modus elegans gerundij in do, & ualde communis, anteposendo radices uerborum alijs uerbis compositis: u.g. fiqī iosùru, approximare trahendo; radices autem sic uerbis adiunctæ numquã mutàtur in passiuus, neutris, aut negatiuis. In isto sensu gerundij in do, uidentur vti his modis loquendi taixò to xite, cum esset dux: uel ducis munus gerendo, vòn rei to xitè, gratias agendo, ròtai nòmi ni xitè, cum sit senex, tçucài xite iuaruru, dicit ut nuncius.

Gerundium in dum, fit postpositis particulis, tàme, vel, tòte, præsenti vel futuro indicatiui: v.g. āgùru tàme, vel, āgueo tòte ad offerendum, ad eundem sensum reducitur hic modus loquēdi, āguru ni fàttòga àru, est lex circa offerendum, nisi dicamus hoc vltimum esse gerundium in ni.

Supinum in Tum, fit duobus modis, primus est postponendo ni, radicibus: secundus postposito, tameni, præsenti indicatiui: v.g. tàzzunè ni maitta, vel, tàzzunùru tameni màittá, veni oblatum.

Supinum in Tu, est sola radix uerbi. in hoc etiam sensu videntur vti isto modo loquendi, mósu ni vòibànù, non est necessarium dictu.

Participia præsentis, præteriti, & futuri sunt præsens præteritum, & futurum postpositis particulis, fito, vel, mòno, sed quando postponitur, fito, est modus loquendi honoratior: v.g. āgùru fito, vel, āgùru mòno, offerēs, āgueta fito, qui obtulit, āgueò mòno, qui offeret, Buppò gacu suru tòmògara ni voite ua, vacantes studio legis idolorum, von vo xiru vo fito to va iūzo; von vo xiranu vòba chicuxò to còso iie, in ista oratione particula, uo, supplet uocem participij & dat suppositum uerbo significatque: meritò uocant homines beneficium cognoscentes; ignorantes uerò beneficia iure uocant belluas: est regula generalis in omni coniugatione, unde exemplum est in uerbo secundæ coniugationis: fit etiam participium postposita te, radicibus uerborum: v.g. āguete, offerens.

Prima coniugatio negatiua.

Radices sunt postposita, zu, radicibus affirmatiuis: v.g. āguezu.

Præsens uerò est constituendo, nu, loco, zu, v.g. āguènu, non offerro, & est regula generalis quomodocumque finiantur eorum radices, sola, xi, &, maraxi, faciunt præsentia negatiua, xènu maraxenu, non facio, ea uerò quorum radices finiuntur in ji, mutant ji, in je, & postponitur illis particula, nu, ad præsens: v.g. zonji, fit præsens negatiuum, zoniènu, nescio: alicubi in Iaponia faciunt negatiua auferendo vltimum, v, à radicibus negatiuis & superaddendo illis uerbum, ari, u, coniugatum per secundam secundum tempus: v.g. āguezàru, non offero, āgue zàtta, non obtuli, āgue zatta rēba, cum non obtulisset, etiam dicunt, āguezu xite, non offerendo.

Præteritum negatiuum fit ad modum præsentis ponendo loco, nu, particulam nanda, v.g. āguenànda, non obtuli, zonjenanda, nesciui, uorì nànda, non descendi.

Præteritum plusquam perfectum fit mutando vltimam a, præteriti in, e, & postponendo uerbum, gozàru, in præsenti, vel, gozàtta, in præterito: v.g. āguenandè gozàru, vel āguenànde gozàtta, non obtuleram: fit etiam ponendo, idè gozàru, vel, idè gozàtta, loco nandè gozaru, v.g. āguèi de gozaru, vel, āgueidè gozàtta, non obtuleram, zonzeidè gozaru, nesciueram, uochiūdè gozàtta, non cecideram.

Futurum negatiuum est addendo, mài, vel, màji, radicibus, vel præsentibus affirmatiuis: v.g. āgue mai, vel āgùru maji, non offeres.

Imperatiuum fit postposito, na, præsenti indicatiui: v.g. āgùruna, ne offeras.

Fit etiam anteposito, na, & postposito, so, radicibus affirmatiuis: v.g. na āgue so, ne offeras.

Fit etiam postposito, na, radicibus: v.g. āgue na, ne offeras, mixè na, ne ostendas, mesare na, ne faciatis: radices, quæ finiuntur in, xi, vel, ji, & sunt secundæ coniugationis mutant illud in, e, ad istud imperatiuum: v.g. so xè na, vel só maraxe na, ne facias istud, so zonzena, ne istud cogites.

Optatiuum fit anteposendo, negauacùua, vel auare, & postponendo, caxi, gana, imperatiuo negatiuo: v.g. auare āguru nacaxi, o si non offerres: vel, nègauacù ua na āgue sò gana, idem.

Præteritum optatiui fit postposito, mòno vò, futuro negatiuo: v.g. āguru mai mono vo! o si non obtulisset!

Subiunctiuum verò negatiuum est conuertendo, v. in qua finitur præsens negatiuum in ēba, v.g. āguenēba, cum non offerret.

Præteritum subiunctiui est postposito, rēba, præterito negatiuo indicatiui: v.g. āguenanda rēba, cum non obtulisset.

Futurum est postposito, qerēba, futuro negatiuo: v.g. niguru mai qerēba, cum non sit fugiturus.

Subiunctiuum permissiuum fit postposita particula, dômò, præsentem negatiuo, sed mutato u, in quo finitur in, e, v.g. āguenē dômò, quamuis non offerat: dicunt etiam & melius āguenaïdemo, vel, āgueïdemo.

Præteritum permissiuum est postposito, redomo, præterito negatiuo: v.g. āguenanda rēdomò, quamuis non obtulerat, dicunt etiam, āguenaïdemo, vel, agùeïdemo, & si non obtulerit.

Futurum permissiuum est postposito, qerēdômò, futuro negatiuo: v.g. āgùru mai qerēdômò, & si non offeret.

28 *Aliud autem permissiuum cum particula, tomò, fit postposita prædicta particula radicibus negatiuis: v.g. āguèzutomò, & si non offert. Fit etiam postposito, tote, præsentem subiunctiui: v.g. āguenēba tote, tertio modo etiam fit postposito, mamaio, vel, madeiò, præsentem negatiuo: v.g. āguènú mamaio, vel, āguenu madeio, quamuis non offerat.*

Præteritum fit postposito, ritomò, præterito negatiuo: v.g. āguenandari tomò, & si non obtulerit. Fit etiam postposito, tote, præterito negatiuo subiunctiui: v.g. āguenanda rēba tote & melius, āguenaïdemo, vel, āguèïdemo, quamuis non offerat, vel obtulerit.

Futurum est postposito, tomò, futuro negatiuo: v.g. āgue mai tomò, & si non sit oblaturus, vohiïdemo, & si non ceciderit.

Infinitiuum præsens, præteritum, & futurum, est ipsum præsens, præteritum, & futurum negatiuum indicatiui, postpositis còto, vel, to, v.g. āguenu còto, non offerre, āguenanda còto non obtulisse, āgùru mai còto, non esse oblaturum.

Aliquando vtuntur præsentem negatiuo pro præterito in omnibus coniugationibus: v.g. mi maraxènu, non vidi.

Gerundium in, Di, negatiuum, est præsens vel futurum negatiuum, āguenu, vel, āgùru mai, non offerendi.

Gerundium in, Do, fit postposito, ni, radicibus negatiuis vel præsentibus: v.g. āguèzuni, vel, āguenuni, non offerendo, idem quasi est: āgueïde, vel, āguenaïde, vel, āguèzu xitè.

Gerundium in, Dum, est postposito, tote, vel tame, præsentem aut futuro negatiuo indicatiui: v.g. āguenu tame, vel, āgùru mai tôte, ad non offerendum.

Participia negatiua præsentis, præteriti & futuri, sunt præsens præteritum, & futurum negatiuum postposito, fito, vel, mòno v.g. āguenu fito, non offerens, āguenanda mòno, qui non obtulit, āguru mai mòno, qui non offeret, āguena ìde cara, vel, āgueïde nòchi, post non obtulisse: vel postquam non obtulerunt, aut postquam non est oblatum.

29

Secunda coniugatio affirmatiua.

Omnes radices verborum secundæ coniugationis finiuntur in, i, fitque præsens mutato, i, in, u, v.g. iòmì: iomu, lego. Si radices finiuntur in, chi, mutant istam dictionem in, tçu v.g. machi: matçu, expecto. Si finiuntur in, xi: mutatur in su: v.g. coròxi: corosu, occido.

Præteritum fit. Si radices finiuntur in, ami, conuertitur in, óda, v.g. cami: códa, mandi vel masticauì. Si finiuntur in, ebi, vel, emi, mutantur in, eòda, v.g. saqèbi: saqèòda, vociferatus sum, sonèmi, soneoda, inuidi seu habui inuidiam. Si finiuntur in, òbi, vel, òmi, conuertuntur in, òda, v.g. coròbi: coròda, cecidit: còmì, còda, se inclusit. Si finiuntur in umi, conuertitur in, únda, v.g. casùmì: casunda, obtenebratus est, in idem conuertuntur quæ finiuntur in, imi, v.g. canaximi, canaxúnda, tristatus est. Si finiuntur in, gui, illud conuertunt in, ìda, v.g. fègui, feïda, discissum est: xini, uru, facit præteritum, xinda, mortuus est: & ini, uru, facit præteritum, inda, abiuit: & quantum ad hoc sunt sicut secundæ coniugationis; quo ad alia verò tempora sunt primæ. Radices quæ finiuntur in, chi, vel, ri, illud conuertunt ad præteritum in, tta, v.g. mòchi: mòtçu, facit præteritum, mòtta, accepit, chiri, u: chitta, sparsum est, quæ verò finiuntur in, xi, vel, qi, illud conuertunt in, ita, v.g. coròxi, u: coròita, occidit, qiqi, u, qijta, audiuit, xiqi, u, xiita, extendit.

Futurum fit conuertendo, i, in quo radices finiuntur in, ó, ozu, vel ózuru, v.g. iomó, iomozu, vel, iomózuru, leges. Si verò radices finiuntur in, chi, mutatur ista dictio in, tó, v.g. machi: mató, expectabo, quæ finiuntur autem in, xi, illud conuertunt in, só, v.g. móxi: u: mósó, dicam, aut loquar.

Imperatiuum fit conuertendo, i, in quo radices finiuntur in, e, v.g. iomi: ióme, lege vel legas. Si vero radices finiantur in, chi, conuertitur in, te, v.g. machi: mate, expecta. Fit etiam imperatiuum conuertendo, nu, in quo præsens negatiuum finitur in, ai, v.g. ex, iomanu, constituendo, ai, loco, nu, fit, iomai, lege, & est modus communis etiam tertiæ coniugationis; sed isto imperatiuo vtuntur solum loquendo cum inferioribus.

30 *Futurum imperatiui est futurum absolutum: v.g. iòmò, leges, & illo vtuntur loquendo cum abiectis personis.*

Reliqua tempora optatiui, subiunctiui, gerundij, infinitiui &c. fiunt eodem modo & eisdem

Secunda coniugatio negatiua.

Radix negatiua secundæ coniugationis est conuerso, i, in quo radix absoluta finitur, in azu, v.g. iòmì: iomazu, radix, non legendi.

Præsens fit, si radix affirmatiua finitur in, chi, illud conuertendo in, tanu, vt, machi: matanu, non expecto. Si finitur in, xi, mutatur in, sanu, vt coròxi: corosanu, non occido. Si alio quouis modo finiuntur in, i, illud conuertunt in, anu, v.g. coròbi: corobanu, non cado.

Præteritum est conuertendo, nu, præsentis in, nanda, v.g. corobanu: corobananda, non cecidi, iomananda, non legi, reliqua verò tempora proportionaliter sicut in prima coniugatione negatiua.

Tertia coniugatio affirmatiua.

Radices verborum tertiæ coniugationis finiuntur in, ai, oi, vel, vi, quæ finiuntur in, ai, conuertunt illud in, ó, ad faciendum præsens: v.g. narai: naró, disco: quæ finiuntur in, oi, vertunt illud in, ô, v.g. vomoi, vomô, cogito, quæ verò finiuntur in, vi, illud mutant in, ú, v.g. cui: cú, comedo.

Præteritum fit postposito, ta, præsentis: v.g. naróta, didici, vomôta, cogitauì, cùta, manducaui.

Præteritum plusquam perfectum fit conuertendo vltimum, a, præteriti perfecti in e, & addito verbo, gozaru, in præsentis vel, gozatta, in præterito, vt supra dictum est in prima coniugatione: v.g. naró tē gozaru, vel, narotē gozatta, iam didiceram.

31 *Futurum fit conuertendo, i, in quo radix finitur in, vó, vózu, vel: vózuru, v.g. narauó narauozu, vel, narauózuru discam. Si verò radix finiatur in, oi: conuertitur in, vò, vòzu, vel, vò, zuru, v.g. vomoi, vomouò: vomouozu, vel, vomouòzuru cogitabo.*

Imperatiuum fit postponendo radicibus, e, v.g. naraie, disce, tòie, interroga, cùie, comede. Fit etiam auferendo à præsentis negatiuo, de quo statim, dictionem, nu, & constituendo loco eius literam, i, v.g. narauai, disce, touai, interroga, cuvai, comede, hoc modo vtimur cum inferioribus, cætera sicut in alijs coniugationibus.

Tertia coniugatio negatiua.

Radix negatiua tertiæ coniugationis est conuertendo, i, in quo radix affirmatiua finitur, in vazú, v.g. narauazu, touazu, cuvazu, fit vero præsens conuertendo, i, in, vanu: v.g. narauanu, non disco, touanu, non interrogo, cuvanu, non comedo.

Præteritum fit conuertendo, i, radicis, in, vananda, v.g. narauananda, non didici, tòuananda, non interrogauì, cuuananda, non comedi.

Præteritum plusquam perfectum est conuertendo, a, vltimum perfecti in, e, & addito verbo, gozaru, vel, gozatta, v.g. cù uanandē gozatta, vel narauana dē gozaru, non comederam, vel non didiceram, cætera vt in alijs coniugationibus.

Postpositis verbis substantiuus gerundijs in, Do, omnium coniugationum tam affirmatiuarum, quam negatiuarum: fit sensus, est, vel non est factum, quod per gerundium significatur: v.g. ãguete aró, iam erit oblatum, còno qiõga caitē gozaranu, hic liber non est scriptus, ãgueide arõzu, nondum obtulerit. Verba verò substantiua sunt, gozaru, gozaranu, voru, uori nai, dea vel gia: deuanai, aru: aranu, vel, gozaranu uoru uòrinai, & vnumquodque, ex illis sequitur regulas communes suæ coniugationis.

32 *Postpositis etiam verbis substantiuus infinitiuus omnium coniugationum fit sensus quòd est, fuit, erit; vel non, id quod per infinitiuum significatur: v.g. ãguru còto arõ, erit hoc quod est offerre: idest offeret, naróta còto gozarumai, non addiscet, & dicta verba substantiua habent omnia sua tempora iuxta secundam coniugationem ad quam pertinent, quia eorum radices finiuntur in i, ari, u: gozari, u.*

Coniugatio verbi substantiuus negatiui.

Verbum substantiuum negatiuum est, nai, vel, gozanai, vel, uorinai, quod significat non esse, eius radix est, naqu vel, gozanaqu, aut, uorinaqu.

Præteritum est conuertendo, i, in quo præsens finitur, in, c, & postponendo illi præteritum, ari, u, quod est, atta, v.g. nacatta, vel, gozanacatta, non fuit, cætera tempora sunt coniugando, ari, u, per secundam secundum temporum exigentiam.

Imperatiuum est, nacare, vel, nanaiso, vel, naina, ne sis.

Subiunctiuum est conuertendo, i, præsentis in, qerēba, v.g. naqerēba, vel, gozana qerēba, cum non esset vel sit.

Subiunctiuum permissiuum est conuertendo, i, præsentis in, qerēdòmò, v.g. gozana qerēdòmò, etiam si non sit.

Præteritum huius subiunctiuus est postposito, rēdomo, præterito indicatiui: v.g. nacatta rēdomo,

quamuis non fuit.

Substantiuum cum particula, tomo, est illam potponendo radici: v.g. naqutomo, etiam si non sit. Gerundium est, nó, nóte, vel, naqu xitè, vel, nacatte, cum non sit. Cætera vt supra cum verbo, ari, u: superaddito, & coniugato per secundam.

Nomina adiectiua quando non antecedunt verbis, coniugantur per se sicut verbum substantiuum negatiuum: illa inquam nomina adiectiua, quæ supra dictum est finiri in, ai, ei, oi, ui, ij, eorum radices sunt conuersa, i, vltima in, qu, v.g. fucacu, radix profundi, æ, iòqu, radix boni, æ, xĩguequ: radix densi, æ, uarùqu, radix mali, æ, mali, uonajiqu: radix eiusdem &c.

Præsens est ipsa vox adiectiui: v.g. ioi, bonus, a, um, fucai, profundus, a, um, uarui, malus, a, um, uonaji, idem, eadem, idem.

33 *Præteritum est conuertendo, i, adiectiui in, c, vel, q, & postposito verbo, ari, u, illud coniugando secundum exigentiam orationis in omnibus temporibus.* E

Permissiuum cum, tomò fucàqu tomò, vel, fucài tomò, quamuis profundum.

Gerundium in, do, fucóte, cum esset profundum, ióte, cum sit bonum, varúte, cum sit malum, càna xiúte, cum sit triste, xingueo te, cum sit densum. Sunt etiam, fucó xite fucaqu xite, vel, fucacàtte, & sic in alijs: v.g. iòxite, iòqu xite, iocatte.

Adiectiua finita in na, non coniugantur; gerundia tamen in do, solent habere: v.g. aqiracana, pro gerundio, aqirācāni xite, cūm esset clarum; idem, aqiraca de, arisóna, habet arisoni xite, cum sit apparens vel verisimile, ióna, habet, ióni, v.g. iòi yóni xitè, cum sit boni modi, vel habeat bonum modum, càvāga fucóte vatarananda, quia staius erat profundus non transuadai, xebòte irarènu, quia strictum, non est intrabile, varúte cu varenu, non est comestibile vel non potest comedi, quia malum. Cætera tempora adiectiuorum sunt vt dictum est, cum verbo, ari, u, coniugato secundum exigentiam orationis. Coniugatio etiam negatiua est cum eodem, ari, u, v.g. radix est, fucàcaràzu, præsens verò est, fucàcarà nu, non est profundum. Præteritum, fucacarananda, non fuit &c.

De Particulis conditionalibus.

Quinque sunt particulæ facientes orationem conditionalem, naraba, ni vòite va, ràba, va, ba, duæ secundæ postponuntur omni verbo tam affirmatiuo, quàm negatiuo in præsenti, præterito, & futuro, & cum illis remanet verbum conditionale: v.g. nigùru naraba, si fugis, iòda ni uòite va, si legistis, nara vò naraba, si discas, cu vazú ni vòite va, si non comedis, aliquando tollitur voi, à, ni voite, v.g. ãgueô ni va, si offeres, ãgueta ró ni va, si obtuleris. Tollitur etiam aliquando, voite, & remanet solum, ni, v.g. mairó ni còso, nèn gorò ni mòsòzure, si ibo vel ierim significabo illi amicabiliter, xitaró ni còso, faisòcu tçùqu maji qerè, si fecissem; non habuisset effectum, diligentia & persuasio.

34

Particula, raba, postponitur præteritis: v.g. naròta raba, si didicissem, narauananda raba, si non didicissem.

Particula, va, postponitur radicibus negatiuis omnium trium coniugationum; v.g. ãguèzu va, si non offero, iomazu va, si non lego, narauazu va, si non disco, naqu va, si non est, fucacarazu va, si non esset profundum.

Particula verò, ba, habet eundem effectum & iungitur etiam radicibus, quibus, va ãguezūba, iomazūba narauazūba, si vero dicta particula, ba, ponatur loco, zu, radicibus negatiuis, fit conditionalis affirmatiua oratio: v.g. ãguèba, si offero, iomàba si lego, narauāba, si disco, iocaraba, si est bonum: particula verò, ua, non solum postponitur radicibus negatiuis adiectiuorum: sed etiam affirmatiuis: v.g. fucaqu ua, si es profundum, uonajiqu ua, si est idem: aliquando hoc verbo vtuntur ac si dicant: si non est valde molestum: facias hoc: dicunt etiam, ãgue majiquè ua, si non offeres.

Particula, ni uòite ua, supra posita iungitur etiam aliquando nominibus, & quasi supplet verbum substantiuum: v.g. jó jó ni uoite ua uqe toró, accipiam si est valde bonum vel optimum, curùicarazaru guì ni uòite ua, si non fuerit molestum vel res molesta.

Particula, saie, posita in oratione, vbi est aliqua particula ex conditionalibus sensui orationis addit virtutem: v.g. fune saie mairu naraba, si venerit aliquod nauigium, sonata saie uocutabire naqu ua, si non est defessus, ac si diceret: ex mea parte, vel quod ad me attinet ego non sum defessus.

Supplet etiam aliquando particula, saie, conditionalem: v.g. Niffon no xòco cu ni saie caióna còto gozaru fòdoni, si ergo in regno paruo Iaponiæ inueniuntur & sunt res huiusmodi, ac si dicat; quanto magis erunt in magnis, còco mòto no tocai ni saie mei uacu itasu ióni gozaru fòdoni &c. si ergo in nauigationibus, quæ hic fiunt, valde patior &c. fito saie còquai suru mòno uò iurusu ni iuan ia, Deus ni uoite uoia? si ergo homo ingnoscit homini pœnitenti, quanto magis Deus? còre fòdo xei uo iru ru saie còto naricanùru ni; ucato xite ua, icàdeca banji canauozo? si tot adhibendo vires vix potui fieri; si leuiter fuisset factum quomodo potuisset fieri seu finiri? còre saie xinicui ni, si ergo hoc est difficile, fune de saie ioio tçuita ni, cachi ua nananaca naru mai, si nauigio vix perueni; pedes absque dubio non potuissem.

35

E2

De verbo potentiali.

Postposita particula, ro, præsens & futuris verborum illa facit potentialia: v.g. ãguru ro, forsā offert, nĩgueozuru, fortassis fugiet.

Præterita fiunt conuertendo, ta, in, tçu, & addito, ro, v.g. âguetçuro, fortassis obtulit. Si verò postponatur præteritis negatiuis, da, in quo finiuntur, debet mutari in, zzu, v.g. âguenanzzuro, possibile est non obtulisse, vel quod non obtulerit, vel obtulit.

Fit etiam potentiale præsens postposito, arozu, vel alio futuro, infinitiuo: v.g. âgùru còto mò aròzu, vel, âgue mò xòzu, forsitan offert.

Præteritum est postposito futuro præterito: v.g. âgueta còto mo arozu, forsitan obtulit.

Futurum, âgueô còto mo arozu, forsitan offeret, idem etiam est in negatiuis: v.g. âguenu, vel, âguenanda, vel, âguru mai còto mo arozu, possibile est quod non offert, obtulit, vel offeret, & quando volumus dicere, ita erit: loco, còto, ponimus, mono, v.g. noxenanda mono dearózu, fortassis non introduxerunt in nauigium, iqi chīgota mono dearozu, non se obuiauuerunt in via, moreqicoieta mono de gozaro ca to zonzurù, credo si forsitan est diuulgatum.

Ad significandum fieri significatum nominum adiectiuorum postponitur verbum, nari, u, coniugatum secundum exigentiam temporis ipsis adiectiuis aduerbialiter sumptis: v.g. fuco naru, fit profundum, uaru natta, factum est malum: dicitur etiam fuco aru, est profundum, aliquando etiam dicunt, fuco nai, non est profundum, & hoc modo loquendi vtuntur etiam coniugando nai, modo supra dicto secundum exigentiam temporis, iuxta sensum orationis: etiam dicunt potentialiter, fuco nai coto mo arozu, forsitan erit hoc, quod est, non esse profundum.

36

Verba irregularia quo ad coniugationes.

Verbum, qi, uru, quod est venio, is: habet præsens, qùru, venio, qita, veni, còzu, veniam, coi, vel, coio, veni, qitarèba, cum venerit, vel si venisset, qitarèdomo, quâuis venit, & radicem negatiuam, còzu, & præsens negatiuum, conu, non venio, mède radix verbi delector, aris, habet præsens mēzzùru, & gerundium in do, medete, delectando se, cui, radix verbi pœniteo, es, vel tristor, aris, habet præsens, cuiuru, & gerundium in do, cuite, pœnitendo, & radicem negatiuam, cuiuzu, & præsens negatiuum, cuinu, non pœnitet, araie, radix verbi sum, est, fui: habet præsens, araiùru, siue, aroru, est: furi radix verbi veterasco: habet præteritum, furita, inueteratus est, & gerundium in do, fùrite, inueterando, fe, radix verbi transeo, is, habet præsens, furu, transit; & præteritum, feta, transit, Tari, u, est verbum significans rem esse completam & integram: habet præsens, taru, sufficit, præteritum, tatta, completum fuit, & futurum, tari maraxo, erit perfectum vel sufficet: & radicem negatiuam, tarazu, præsens negatiuum, taranu, præteritum, tarananda, non fuit sufficiens, futurum, taru mai, non erit sufficiens, imperfectum subiunctiuu taranèba, cum non sufficeret.

Permissiuum, taranè domo, infinitiuum negatiuum, taranu coto, gerundium verò in do, taraïde, vel, Tarazu xite, verbum taxi, tasu, quod significat adimplere, seu perficere, habet futurum, taxi marâxô, perficiam, tasanu, vero est eius præsens negatiuum. Tari, autem radix verbi, taro, quod significat esse perfectum, habet præteritum negatiuum, tara uananda, non fuit perfectum, & subiunctiuum, tara uanèba, cum non esset perfectum, & permissiuum, tara uanè domo, & infinitiuum, tarauanu còto, & gerundium in do, Tarauaïde, vel Tarauaxu xitè: uocotari, vero est radix verbi, uocotaru, pro eo quod est deficere: habet infinitiuum, uòcotaru coto, & radicem negatiuam, uocotarazu, & præsens negatiuum, vo cotaranu, voi, est radix verbi quod habet præteritum, uoita, inueteratus est: &, uoitaru, quod est idem. Et præsens negatiuum quod est, uoïnu, & gerundium in do, uoite: urei, radix verbi tristor, aris, habet præsens, vreô, & imperatiuum, vreio, & infinitiuum, vreoru coto, & gerundium in do, vreite: Tomi, radix verbi, tomu, vel, tomeru quod est ditor, aris, vel diues fieri, habet præteritum, tonda, gerundium in do, tonde, & radicem negatiuam, tomázú, saï guiri, u, significat idem quod præeo, is, vel anticipor, aris, habet præteritum, saï guitta, & gerundium in do, saï gutte.

37

De verbo adhuc, & de eius formatione & differentijs.

In ista lingua sunt verba actiua simplicia; & actiua etiam faciendi facere, passiuia etiam, neutra, & impersonalia. Omnia verò coniugantur per tres coniugationes supra positas secundum quod eorum radices iam dispositæ & ex illis verba formata, terminantur.

Ex aliquibus nominibus adiectiuis aliqua procedunt verba: v.g. catài, est durus, a, um, ex quo exeunt, catàme, uru, induro, as, actiuum, catamari, u, induresco, is, neutrum, & catameràre, uru, induror, aris, passiuum, ex canaxij, adiectiuo quod est tristis, e, exit, canaximi, u, quod est tristor, aris.

Verba faciendi facere, formantur istis particulis, sàxe, vel, xe, prima postponitur radicibus secundæ coniugationis; secunda verò radicibus secundæ, & tertiæ, fiunt autem postpositis præsentibus negatiuis, auferendo nu, in quo finiuntur & ponendo loco eius prædictas particulas: v.g. âguesaxe, uru, offere facio, is, iomaxe, uru, legere facio, is: narauàxe, uru, discere facio, is, & omnia remanent secundæ cõiugationis quia particulæ finiuntur in, e; aliquando etiam, & si raro, solet postponi particula, saxe, verbis secundæ, & tertiæ coniugationis, sed tunc ornantur seu honorantur prædicta verba cum particula, rare, v.g. iomasàxe rare, uru, Padre ua dòjucùni cathecismo vo narauasaxeraruru, Pater iubet suo ministro vt discat catechismum, mòno no fòn vo fito ni iòmasaxerarùru, facit legere originale.

38

Verba passiuia fiunt particulis, rare, & re, particula, rare, iungitur actiuis secundæ coniugationis modo iam dicto tollendo scilicet, nu, a negatiuo: v.g. âguerare, uru, offeror, eris, iomare, uru, legor, eris, naravare, uru, discor, eris, his vtuntur in sensu passiuo legi ab alio, vel esse, aut non

esse legibile: v.g. sunt etiam alia passiuia quæ procedunt ex neutris vel ex habentibus significationem neutralem, quæ quidem formantur cum particulis, rare, & re, formata tamen non regunt casus cōmunes passiuorum (de quibus infra) sed verborum ex quibus procedunt: v.g. ex, āgari, u, procedit, āgarare, uru, & quia, āgari, u, quod significat ascendo, is, regit accusatiuum, etiam illum regit, āgarare, uru, v.g. cōno iamaie āgararenu, non potest ascendi ad istum montem vel iste mons non est ascendibilis, xirōcara derarenu, non potest exiri ex castello, Xebóte irarēnu, nō potest intrari quia strictum seu angustum, cōno michi va arucarenu, non potest ambulari hæc via, natçu vacōco ni irare mai, non erit hoc habitabile tempore veris, cōno fūdē de va cacarenu, non potest scribi isto calamo, fimāga nōte cacarenanda, non potuit scribi ex defectu temporis, cōnobùn ni cōso cacaruru mōno de gozare, hoc sane modo bene scribitur, axīga itōte aru carenu, non potest ambulari dolentibus pedibus: omnia ergo verba passiuia sunt secundæ: verba neutra sunt quæ habent significationem neutralem: v.g. aperiri per se & non ab alio: v.g. ivōgatoruru, pisces capiuntur, cajēga torūru, ventus cessat, itōga qiruru, filum rumpitur, jīga iomūru, litera benè legitur, aqi, u, aperior, iris, qiri, u, est scindo, is, actiuum, qirare, uru, est scindor, eris, passiuum, qire, uru, est scindor, eris, neutraliter est etiam quando gladius bene scindit quia est acutus, qiraxe, uru, est verbum faciendi facere quod significat scindere facio, is, āgue, uru, est leuo, as, āguerare, uru, leuor, aris, passiuum, āgue saxe, uru, leuare facio, is, āgari, u, leuor, aris, neutrum, āgarare, uru, esse ascendibile, āgaraxe, uru, leuari facio, is, vel quod se leuet facio, facis: si verò illis adiungantur particulæ honoris (de quibus infra) faciunt alias combinationes: adiectiua verò quando coniungantur habent significationem neutralem: v.g. fidarui, esurio, is, fucacatta, fuit profundum.

39 *Verba impersonalia non nominant, neque exprimunt personam: v.g. mi uo fatasu tomò itçuvari vo iuanu mono gia, etiam si quis moriatur non debet mendacium dicere, mōno mò tabezu saqe mo nomaīde ichinichi fataraqu mōno ca? potest ne laborari per totum diem integrum nihil comedendo & non bibendo vinum? Xujin nò maiē de sōno ióna cōto vò iú mono ca? possunt ne dici huiusmodi coram Domino? Quoad coniugationes verò sequuntur regulas radicum quibus efficiuntur.*

Radices omnium verborum cuiuscumque sint coniugationis, possunt adhuc extrahi & deduci ad alias coniugationes si illis superaddantur particulæ honoris, secundum literas, in quibus prædictæ particulæ honoris finiuntur, particulæ verò sunt maraxi, uru ari, u saxerare uru, xerare uru, nasare uru, saxemaxi u, tamai ó, rare, re.

Particula, maraxi, non addit honorem rei de qua loquimur; sed loquimur honorate attendendo ad personam coram qua loquimur: v.g. cui ú, significat id quod comedo, is, seruus autem coram Domino non dicet, nēzumi gacúta, mures comederunt caseum: v.g. sed, nēzumīga cūi maraxita, notandum etiam quod cui ú, secundum se est tertiæ coniugationis quia finitur radix in, vi, addito verò, maraxi, redditur primæ: quando referimus aliquid de aliqua natione verbum non honoramus; sed solùm attendimus ad personam cum qua loquimur ad addendum illi vel non particulam seu verbum, maraxi, uru, v.g. coram inferiori dicemus, Nan ban jin va cōre vo cuvanu, coram persona verò nobili dicemus, Nan ban jin va core vo cui maraxenu, Europei hoc non manducant, Ari, u, postponitur radicibus omnium verborum; & illa honore afficit mediocri: v.g. mōdorarió ca? reuerteris ne? Si verò anteponatur illis sic constitutis, vo, honorantur verba satis: v.g. vomōdori arōca? reuertetur ne vestra dominatio? Tono sama vo xini atta toqi, quando dominus mortuus est, Deus cono xecai uo gosacu atta, Deus creauit hunc mundum, his particulis vtimur loquendo cum personis honoratis quas diligimus, & cum quibus habemus amicitiam.

Particula, nasare uru, honorem supremum, aut satis magnū dat verbis; postponitur verò eorum radicibus: v.g. Deus cono xecai uo go sacu nasareta, Deus creauit hunc mundum.

40 *Particulæ, rare, & re, honorem quidem præstant significatis, verborum, quibus adduntur; sed mediocrem; & non magnum: postponitur autem, rare, & præcipuè si loquamur de absentibus, præsentibus negatiuis ablato, nu, & constituendo particulam prædictam eius loco: v.g. āgue rare, uru, est offero, rs, quando offerens est persona mediocris honoris & reuerentiæ coincidit cum passiuis in literis; sed casibus quos regunt, distinguuntur: particula, re, postponitur verbis secundæ & tertiæ eodem modo: v.g. iomàre, uru, naravàre, uru, legere & discere personam boni nominis, hoc modo loquimur de æqualibus & seruus etiam de domino suo, non cum conseruis; sed cum gente nobili.*

Particulæ, saxe maxi, & xemaxi, eundem tribuunt honorem quem, àri, u, & quem, rare, & re, postponitur, saxe màxi, u, radicibus secundæ, vel præsentibus negatiuis, ablato nu, & constituto, saxe màxi, u, loco eius: v.g. āguesaxe màsu, offert, maxi, u, vero postponitur negatiuis secundæ & tertiæ, ablato, nu, v.g. iomaxemàsu, legit, naravaxe màsu, discit.

Particulæ, saxe rare, uru, xeràre, uru, magnum tribuunt honorem, prima postponitur præsentibus negatiuis verborum secundæ coniugationis, ablato, nu, secunda verò postponitur negatiuis secundæ & tertiæ eodem modo: v.g. āgue saxe raruru, offero, rs, iomaxe rarūru, lego, is, naravaxe rarūru, disco, is, quia vero hæc coincidunt in literis cum verbis faciendi facere honoratis; ad tollendam æquiucationem, vtimur particula, ari, u, anteposita, vo, verbis: v.g. yomaxe aru, lego, is, nara vaxe aru, disco.

Verba passiuia, de quibus infra, possunt admittere particulam, saxe rare, uru, v.g. via mavare saxe raruru, honoror, aris.

Particula, tamai, ó, tribuit supremum honorem: illa vtimur loquendo de Deo, sanctis, regibus, & imperatoribus. postponitur vero radicibus verborum, quæ efficit tertiæ coniugationis. postponitur etiam radicibus passiuorum loquendo de Deo: v.g. Deus filio, vmare tamò tòqi, quando Dei filius natus est, Deus āgamerare tamo, Deus honoratur.

Particula, tate matçuri, u, humiliat significatum verbi cui adiungitur: postponitur autem radicibus verborum affirmatiuorum: v.g. Deus vo gotaixetni zonji tate matçuru còtova ichi sùgureta jèn gia, amare Deum est suprema virtus: admittit tamen hæc particula honorem à particula, re, mutato e, in quo finitur in, a, v.g. loquendo de sanctis respectu Dei dicemus Sancto Domingo, Deus vo gotaixèt ni zonji tatematçurareta, Sanctus Dominicus dilexit Deum.

Particula etiam, màràxi, potest ad honorem eleuari particula, rare, v.g. tònò iòri còno còto vo Padre ni vatàxi mai raxerareta, Dominus tradidit hanc rem patri.

De aliquibus verbis quæ de se habent honorem determinatum.

Mesare, uru, *significat facere quamcumque actionem quam potest, & est decens facere personam nobilem, vt est comedere, bibere, nauigare, equum ascendere &c.* vòxerare, uru, *significat loqui personam nobilem, uomaraxi, uru, vomaraxi, ari, u, significat dare personam nobilem, uoxe, uru, & uòxe arĩ, u, significat loqui vel præcipere personam mediocrem.*

Verba quibus anteponuntur, uòxe, vel, mexi, eundem habent honorem cum illis; & absque illis: v.g. uòxe tçuqerare, uru, quod est præcipio, is, & mèxi tçuca uare, uru, quod est seruiò, is, est idem quod, tçuqerare, uru, & tçuca uare, uru, ad vocandum imperatiue dicimus, coi, seruo vel inferiori, iòràì, dicitur non tam inferiori, uaxèi, est aliquantum melius, uogiare, est superior modus vocandi, gòzare, veniat vestra dominatio, gozaro, vero in tempore futuri est honorabilior modus quia est sine imperio, uoide nasarei, vel, uoide nasareò, vel, uoide nasarei caxi! est veniat vestra dominatio: vel, ò si veniat vestra dominatio! cudasare, uru, significat dare personam nobilem, tamauari, u, dare personam nobilem inferiori, tamóri, u, dare personam mediocrem, mizzu uo nomaxète tamore, da mihi bibere aquam, cudasare, uru, & tamóri, u, significat comedere personam humilem cibum honorando: còxi mexi, u, & qicoximexi, u, est comedere, vel audire personam nobilem, uoboxi mexi, u, & uoboxi mesare, uru, cogitare personam nobilem, saxerare, uru, facere personam nobilem & idem nasare, uru, asobaxi, u, & asobasare, ìuru, significat facere personam nobilem quidquid illi est decens: v.g. venari, scribere legere, recitare, ii, ú, est loqui humiliando loquentem, & rem de qua loquitur, & mexi, u, significat etiam loqui honorando personam, & rem de qua: vnde non recte dicam mi ni móxe, dic mihi; sed, mi ni iie, neque dicam, tono ni iie dic domino, sed, tònò ni mòxe: mairi, u, significat ire ad locum cui honor debetur: v.g. iglesia ie maire, eas Ecclesiam, cùre, uru, & toràxe, uru, significat dare, humiliando personam cui datur, cui, ù, est comedere sine aliquo respectu, mexi, u, est etiam comedere; sed est vrbanum: v.g. coram honestis non dicam, mèxi uo cùì maraxita; sed, mèxi uo tabe maraxità, comedi, mairi, u, vel, uomairari u, est comedere personam nobilem vel mediocrem, àgara xerare, uru, & uoàgari ari, u, est modus nobilior, qiqi, u, est audire vt cumque; uqè tamauari, u, vero & uqetamóri, u, est audire honorando personam à qua auditur: v.g. goiqen uo uqetamòtta, vestra consilia audiui, móxi àgue, uru, est loqui humiliando se loquentem, & honorando personam cui dicitur, móxi ire, uru, loqui inter æquales, chòmón xi, uru, audire sermones Dei, gorànji, zuru: vel, goranjerare, uru, est aspicere rem nobilem, xi, uru, est facere in communi, itaxi, u, est facere; sed dicitur modo vrbanò, tçucamatçuri, u, est facere, humiliando se qui facit.

Aduertentiæ circa coniugationes verborum.

Anteposita particula, nama, omnibus verbis in quocumque tempore; significant actionem màle & non perfectè: v.g. nàma aró, màle lauo, namaiaqu, male asso.

Antepositis particulis, tçui, cai, uchi, fàxe, uoi, ai, tòri, verbis; non mutant significationem; aliquam tamen energiam, & efficaciam significatis tribuunt: v.g. idem est, uchi còbosu, quod, còbòsu, effundo, faxe noboru, quod, noboru, ascendo, is, uòxi còmi, u: quod, còmi, u, includo, is, ai ca uari, u, idè est, quod, cauaru, transmutor, aris, tçuimauari, u, idem est quod, ma uari, u, circuo, is, & tòri firògue, uru, idem quod firògue, uru, extendo, is.

Particula, qitte, est gerundium in, do, verbi, qiri, u, & postposita aliquibus radicibus verborum, magnam efficaciam illis tribuit: v.g. tanomiqitte, magnis præcibus obsecrando, uomòì qitte, magnam assumendo resolutionẽ: vtimur etiam verbis, tanomi qiri, u, & uomoiqiri, u.

Anteposita particula, ma, aliquibus nominibus seu verbis dat significato vigorem: v.g. mamucài, valde præsens, macuròì, valde nigrum.

Particula seu radix verbi, macàri, u, anteposita verbis significantibus motum facit verba modesta, & vrbanasatis: v.g. macari noboru, ascendo, is, macari cùdari, u, descendo, is, macari i, iru, ad sum: es.

Postposita particula va, in oratione confirmat id quod antea dixerat quasi gloriando se illud prædixisse: v.g. fune ua cuchi notçu ie iru uà, nauigium intrat, cuchinotçu, ac si dicat, nonne ego bene dicebam? aru ua, vide si est sicut ego dixi!

Particula, aйдani, significat inter, idest tempus quod in aliqua actione consumitur: v.g. àgura aйдani, inter offerendum, vel dum offert, iòda aйдani, dum legit, narauózuru aйдani, dum discet.

Particula, ga, significat, sed: v.g. sóiú ga; nanto aró ca? sic dicunt; sed quomodo erit vel si erit nescio certe, fùri ua fùru maíga, fune uo dasu còto naró ca xiranu, profecto non pluet; sed nescio vtrum poterit extrahi nauigium, sono qinpenni ua gozaru maíga; dòco cara toraxerarùru zo? non erunt apud vicinos vel in circuitu, vnde ergo afferent?

Particula, gotòqu, postposita præsentibus, præteritis & futuris significat, eo modo quo: v.g.

coxiraiürü gotòqu, *sicut, vel eo modo, quo ornas vel perficis*, qiita gotòqu, *sicut audiui, aliquando est, gā gotòqu, v.g. móxità gā gotoqu, sicut dixit*, caraca uózú gotòqu, *comodo quo contendam vel rixabor idem facit particula*, ioni, *v.g. Nifon no catāgui uo xirareta ioni, uòxerarùru, loquitur sicut qui scit consuetudines Iaponiæ, mósu ióni, sicut dico, vtuntur etiam particula, furi, ad eundem finem v.g. Toza no chijòcu uo nogareò zuru tameni catana uo saita fùri uo mixerareta, ostendit se accinctum gladio, vt euaderet imminens infamiæ periculum, minu furi uo saxerareta, ostendit se non vidisse.*

44 *Particula, saie, vtuntur ad significandum nec dum: v.g. mma saie nacatta, equi nec dum fuerūt, cotòba saie xiranu mòno, neque loqui scit, ji saie mixiranu mòno, nec dum literas cognoscit vtuntur etiam eadem particula ad exaggerandum aliquid v.g. qiden to saie moxèba, sufficeret si diceres te esse, Padre no tçucauarùru to saie, móxèba, si dixisset solùm quod patri seruiebat: ac si diceret: hoc sufficeret vt &c.*

Particula, qere, est confirmatio & terminatio orationis, & significat; itaque: v.g. maitta qere, venit itaque, sate sóaru qere, res denique sic se habet.

